

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 375

**Auteur(s)** : Clair [particulier]

**Bénéficiaire(s)** : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

**Genre d'acte** : notice

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1138

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Notice sur le conflit soulevé à Rouen au sujet de la Tour-Renier (Tour d'Alverède). — Du temps du duc Robert, il s'éleva dans la ville de Rouen une grave querelle entre les Pilatins et les Cauchois. Un des principaux du parti pilatin, nommé Clair, que son service et son mérite avaient rendu cher à l'abbé et aux religieux de Jumièges, avait demandé et obtenu, à titre temporaire, la tour d'Alverède qui était très fortifiée. A sa mort, Baudouin, son fils, s'en empara comme d'un bien d'héritage. L'affaire fut évoquée par l'abbé Ursus devant un tribunal où siégeaient, avec Geoffroy, archevêque de Rouen, Jean, évêque de Lisieux, Robert comte de Meulan, Guillaume comte de Varenne, Gilbert de L'Aigle, Guillaume de Tancarville et Guillaume de Ferrières, et qui rendit un jugement en faveur des religieux. Peu d'années après, le frère de Baudouin, Clair, revendiqua auprès d'Étienne, roi d'Angleterre, et de Guillaume, abbé de Jumièges, la possession de la Tour. Après de multiples négociations, les deux partis en vinrent à un accommodement, en vertu duquel ledit Clair, moyennant le paiement par l'abbé de Jumièges de 4 marcs d'argent, prenait l'engagement, qu'il promettait de faire ratifier par ses fils, de ne point troubler désormais les religieux dans la possession de la Tour, objet du litige. Cet accord fut établi en présence de Guillaume de Roumare dans la maison d'Ouen Postel, à Rouen, en présence de nombreux barons.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° LXI, t. 1, p. 157-161.

## Dissertation critique

La datation « le 18 décembre 1138 » est proposée par l'auteur de l'Histoire de l'abbaye royale de Saint-Pierre de Jumièges (édit. J. Loth), I, 249.

Texte établi d'après a

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, ad noticiam presentium et memoriam futurorum, ad evitandam in posterum rerum oblivionem et adverse partis controversiam, litteris annotamus et apicibus subsequentibus non abolendis temporibus commendamus qualiter, pontificante papa Paschali, anno ab incarnatione Domini. M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XI<sup>o</sup>., sub rege Henrico, abbas Ursus, et postea, ecclesiæ romane presidente papa Innocentio, regnante rege Stephano, abbas Willelmus, anno ab incarnatione Domini. M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>, calumpniam quam heredes Clari, Balduinus videlicet et Clarus frater ejus, de mansione quæ est apud Rothomagum, Turris Rainerii cognominata, et a beato Audoeno sancto Philiberto et ecclesiæ Gemmeticensi jure perpetuo possidenda donata, sicut principali comitis Ricardi auctoritate karta teste roboratum est, diffinierunt, que res se ita habet : dominante in Normannia Rotberto

comite, in urbe Rothomagensi gravis dissensio inter partes Pilatensium scilicet et Calloensium exorta est que multa civitatem strage vexavit et multos nobilium utriusque partis gladio prostravit. Inter quos partis Pilatensium erat quidam rebus et nomine, quem supra diximus, valde Clarus, qui abbati et monachis Gemmeticensibus pro suo actu et merito plurimum erat carus. Hic ergo, quia domus prefata in munitiori loco consistit, rerum metuens eventum, ut ibi hospes degeret expetiit, et pro sua probitate et bonitate ad tempus impetravit. Quo decedente, et rege Henrico principante, filius ipsius Balduinus hereditario jure mansionem ibidem violenter voluit optinere ; sed, abbate Ursone æquitatem iudicii reposcente, in causam vocatus et nichil rationis dicere visus, iudicio optimatum eadem domo exire et deinceps carere jussus est. Qui videlicet iudices hi fuerunt : Gaufridus, Rothomagensis archiepiscopus ; Johannes, Luxoviensis episcopus ; Rotbertus, comes Mellenti ; Willelmus, comes Warenne ; Gislebertus de Aquila ; Willelmus, camerarius de Tancardivilla, Willelmus de Ferrariis. Nonnullis postea evolutis annis, cum Balduinus obisset, in primordio excellentissimi regis Stephani, Clarus ejusdem frater super eodem negotio regias aures pulsare et abbatem Willelmum cepit vexare. Que causa multis locis et temporibus varie tractata est ; et multis modis, ut penitus finiretur, a nobilibus et prudentibus viris utrinque amicis elaboratum est. Tandem in hoc rei summa devenit ut idem Clarus ab abbate .IIIIor. marchas argenti acceperit et fide data quod nec ipse nec quisquam suorum pro se vel per se de predicta domo ulterius calumpniam moveret abjuravit, et filios suos, qui tunc non aderant, infra .XL. dies adventus eorum ab abbate conventus ad id se inclinaturum sub eadem fide promisit. Itaque, Willelmo de Roumara justiciam regis in Normannia conservante, dominica natale Domini proxima precedente, quod idem natale mortalibus cunctis honorandum subsequente proxima dominica erat celebrandum, apud Rothomagum in domo que fuerat Audoeni Postelli ista pactio a Godoboldo de Sancto Victore recitata ac perorata est et pecunia Claro tradita est sub principibus, baronibus et testibus his : Ludovico, abbate Sancti Georgii ; Gualeranno, comite Mellenti ; Willelmo, comite Warenne, fratre ejus ; Hugone de Gornaco ; Rotberto de Novo Burgo ; Johanne de Lunda ; Rogerio de Paviliaco ; Radulfo de Bosco Rohardi ; Rotberto Wesnevallis ; Osberno de Kailliac ; Ingelranno de Wasclerio ; Walterio de Cantelou ; Waleranno de Mellente et Willelmo de Pinu ; Juhel, consanguineo Clari ; Luca Pincerna ; Godoboldo de Sancto Victore ; Alveredo, fratre ejus ; Stephano, filio Radulfi ; Radulfo, filio Rotberti ; Urselino de Wanteria ; Radulfo de Bellomonte ; Johanne, fratre ejus ; Radulfo, filio Ramboldi ; ex parte abbatis: Gisleberto de Mara, fidei susceptore ; Geroldus (sic) ad Barbam ; Rainoldo Nulpe ; Willelmo Clarello ; Rotberto Filiolo ; Waltero de Eudonis Villa ; Radulfo Calcaterram, fratre ejus ; Rabello, filio Goscelini.